maris eodem uidelicet spu infusi uel regidentis sinu recepti .,  INCENDIU AETHNAE

Tellus siliciaeq; cauernosa & sulphure ac bitumine strata uentis poenetrata
& ignibus patet; spu introrsus cum igni conc ertante multis s(a)epe locis
fumum uel uapores uel flammas eructat uel etiam uento acrius incumben
te harenarum lapidum ue moles egerit. Inde montis aetnae ad exemplum
gehennae ignium tam diutinum durat incendium; quia insolarum aeo
lidum dicunt undis nutriri dum aquarum concursus spm secum in imu
cum profundum rapiens tamdiu suffocat donec uenis terrae diffusus
fomenta ignis accendat; hinc scillei canes latrare finguntur dum pro
cul nauigantes undarum fremore terrenur quas sorbente uoragine
conlidit aestus .,

DIUISIO TERRAE

Terrarum orbis uniuersus oceano cinctus in ter diuiditur partes. euro
pam asiam africam. origo ab occasu solis & gaditano fretu qua inrum
pens oceanus athlanticus in maria interiora diffunditur hinc intranti
dextera africa leua est europa inter has asia magnitudine compar; Alius
duabus termini amnes tanais & nilus. xv. passum in longitudine quas
diximus fauces oceani patent. v. in latitudine; europa ergo ab occiden
te usq; ad septemtrionem; asia uero a septemtrione per orientem usq;
ad meridiem atq; inde africa a meridie usq; ad occidente . extenditur .,

EXPLICIT LIBER DE NATURA RERUM

INCIP. LIBER . DE TEMPORA ET HORIS ET MOMENTIS ;

Tempora momentis horis diebus mensibus annis seculis & aetatibus diuidun
tur; Momentum est minimum atq; angustissimum tempus a motu side
rum dictum est enim extraemitas horae in breuibus interuallis cum
aliquid sibi cedit atq; succedit. hora grecum nomen est & tamen latinum
sonat; hora enim finis est temporis. sicut & hora sunt fines maris fluuio
rum uestimentorum; constat autem. IIII. punctis. x. minutis. xl momen
tis; & notandum propter errorem cauendum quod conputus partim
natura partim auctoritate uel consuetudine nititatur natura ut
annum communem XII. menses lunares habere consuetudine ut menses
XXX. dieb; computari. Auctoritate. ut ebdomadam. VII. feriis constare;

DE DIE

Dies uulgaris est solis praesentia super terras. qui proprie. XXIIII horis